

(inquiens pag. 28.) *Lectorem latere nolo, primum Titulum, qui inscribitur de Justitia & Jure, in utroque nostro exemplari (idest, tam in Veneto, quam in Florentino (consilione ipsius Theophili, an Librarianorum incuria, haud satis scio) fuisse omisum: ego tamen, quando ita quibusdam visum fuit, utcumque eum Græce reddiditum proposui, ne ἀκέραιον opus prodiret: forte aliquis aliquando & illum restituet, plenius nactum exemplar: nam alia haberi, præsertim in Italia, minime dubito. Certe neutrum eorum, quibus ego sum usus, Politiani fuisse arbitror; quem tamen constat, exemplar harum Institutionum habuisse. Non habet præstantissimus Codex noster Palatinus Vaticanus, signatus num. xix., in quo proinde Lib. i. incipit a Titulo, περὶ νόμων φυσικῶν, ἐθνικῶν, καὶ πολιτικῶν, De jure naturali, gentium, & civili: qui Titulus est in vulgatis secundus. Loco tamen Tituli de Justitia & jure, præmittitur fol. 1. *notitia de Legum auctoribus*, in hac verba: Σόλων καὶ Δράκων ἦσαν οἱ πρῶτοι ἐφεδρεταὶ τῶ νόμου. Quæ notitia mihi videtur loco Præfationis ad Libros Institutionum, sive a Theophilo ipso, sive ab alio quocumque fuisse præmissa. Hanc vro notitiam antecedit Titulus, περὶ νόμων φυσικῶν ἀναρτίστων, De Lege Fufia tollenda, incipitque: ὁ μὲν ἀεὶ ἐστὶν σέπτιος τῶ ἐλαττοῦ τῶν κέ. εἰαιπτῶν δεσπότη, τὸν ἴδιον οἰκετῶν ἐλευθερῶν ἐ συνεχῶρει. *Lex quidem Ælia Sentia minori* (1) *viginti quinque annis domino, seruum suum manumittere non permittit.* Qui tamen Titulus in vulgatis locum septimum Libri primi occupat.*

(1) In vulgatis legitur, ἐλάττονη καὶ ἐνιαυτῶν, *minori viginti annorum.*

Sed præstat Titulos quatuor Librorum, prout sunt typis vulgati, cum manuscripto nostro Codice Palatino Vaticano comparare.

Τίτλοι τῶν τεσσάρων Βιβλίων τῶν ἰνστιτούτων Ἰουστινιανῶν. *Tituli quatuor Librorum Institutionum Justiniani:* edit. Paris. 1534. apud Vechelum, & Lugd. 1580. apud Tornasium.

Διότις βεβαιῶσα τὰ ἰνστιτούτα. *Constitutio, qua confirmantur Instituta.* Initium. Βασιλικῆς μεγαλαφρασίως ἐστὶν ἴδιον. Vechel. pag. 49. Tornas. p. 1. Cod. Palat. f. 5.